



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 27. Auria relictis Gallorum studiis Cæsaris fidem professus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

am se recepit, ubi eum Barbezillus in-  
 visit hac super re collaturus. Nec pe-  
 titam alloqui copiam denegabat Auria,  
 solerter tamen, ne dolo caperetur, se-  
 curitati suæ quantum valuit, præca-  
 vebat, simulque Barbezillo hæc signifi-  
 cari jubebat, mihi haud incognita est  
 demandati negotii summa, in ejus tamen  
 executione obstacula expectatione tua  
 longe majora offendes; tibi quidem in  
 mandatis datum, ut me, measque trire-  
 mes abduceres: ast nihil a me tibi me-  
 tuas, quantum vero ad triremes, re-  
 tine tuas, illas vero, quæ Regis sunt,  
 haud gravate remittam.

## §. XXVII.

*Auria relictis Gallorum studiis Cæ-  
 saris fidem professus.*

Absoluto hoc colloquio admodum bre-  
 vi, Auria ad Delphini-Portum se-  
 cessit, atque ultimam manum admovit  
 foederi, quod cum Cæsare sub conditio-  
 nibus oppido proficuis inire cæperat,  
 pacem conciliante Vastio Marchione,  
 qui Auria, cujus olim captivus erat,  
 nomine suæ Cæsareæ Majestatis omni-  
 um classium, quas Augustissima Domus  
 Auftriaca haberet, supremum Imperi-  
 um obtulit, promisitque, Genuentes li-  
 bertati restituendos, eisque rursus Sa-  
 von-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1528.

Guic. l. 19.  
 Mem. du Bel-  
 lay l. 3.  
 Aug. Just.  
 lib. 6.  
 Raynald. ad  
 hunc an. n. 10.



Sæcul. XVI. vonnenses esse subjiciendos, quamprimum ambæ hæ urbes Gallorum potestati ereptæ fuissent. Insuper eidem spondit, præter sexaginta aureorum milium pensionem Melphitano Principatu honorandum. Hæc Principis Auriæ ad Cæsarem defectio eidem Neapolis Regnum feliciter conservabat; quippe Barbezillus, ut Genuensem oram a tam potenti hoste tueretur, ejusque securitati prospiceret, longam admodum moram Savonnæ trahere, ac præter quingentos pedites Gallos mille ducentos Germanos, ut Genuam auctiore præsidio muniret, in terram exponere compellebatur, quamvis has copias antea ad Lautrecum adducere jussus esset, eo quod illius exercitum lues indies magis ingravescens, ac diuturna pecuniæ inopia perderet. Præterea Barbezillus tres ferme hebdomadas in recuperanda civitate veteri a summo Pontifice detinebatur: cum tamen in hac Gallicarum rerum desperatione nil magis necessarium fuisset, quam ut recta Navarræ Principem Henrici Navarræ Regis fratrem unacum suppetiis, quas adduxerat, Neapolin deferret. Harum cunctationum beneficio Philippus Auria cum octo suis triremibus Neapolitanæ Urbi propius accedendi, eidemque commeatus copiam subministrandi spacium nanciscebatur,

ipsum



ipſus quoque Andreas Auria, cum de-<sup>Sæcul. XVI.</sup>  
fectionem ſuam occultare hæud. ultra A.C. 1528.  
ſollicitus eſſet, propalam, atque in con-  
ſpectu totius Gallici exercitus cibaria in  
urbem importabat.

## §. XXVIII.

*Gallorum exercitus aſſidua peſtilentia  
conſumptus.*

Tandem militum ſupplementa, quæ  
Lautrecus ſperabat, ac anxiiſ curis  
præſtolabatur, advenerant; verum hæ  
ſuppetiæ nonniſi ad mille octingentos  
bellatores aſcendebant, quibus inſuper  
præſidiarios milites Nolam uſque obvici  
mittere oportuit, eo quod tempeſtatum  
vi propius accedere prohiberentur, non  
ſine fatali Gallorum fato; quippe hæc  
præſidiariorum manus a Cæſareis peni-  
tus proſtigata fuit, tantoque furore pe-  
ſtilentiæ viſ tum maxime ſæviebat, ut  
ineunte abhinc Menſe Auguſto jamjam  
ex toto Gallorum exercitu vix tertia  
pars ſuper-eſſet. Non equidem deerant,  
qui Lautreco perſuadere nitebantur, ut  
ad declinandam peſtiferam aeris intem-  
periem ſeſe Capuam, aut alibi cum ſuis  
reciperet; verum pertinaciſſimæ obſi-  
dionis pœnas proprio ſuo exitio dedit.  
Hanc vero obfirmati animi ſui cauſſam  
allegabat, quod Regi ſcripſiſſet, ſe Nea-  
Hist. Eccles. Tom. XXXV F f poli-